



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput XI. Quædam beneficia sunt vacantia ipso facto, quædam per
sententiam Iudicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

stato tamen tempore conferendis. Adde quod Pontifex frequenter uni v. g. Romæ existenti conferat beneficium; alteri autem concedat mandatum de conferendo beneficio. Ex quo patet admissionem resignationis non esse collationem. *V. Pal. l. c.*

C A P U T XI.

Quædam beneficia sunt vacantia ipso facto, quædam per sententiam Iudicis.

Ipo facto
quædam
vacant per
mortem
naturalem,
quædam ex
dispositione
juris.

Assignantur
ea, per quæ
ex disposi-
tione juris
ipso
facto vacant

DEnique ex modo amittendi beneficia, rectè illa divides in beneficia, quæ vacant ipso facto, idque vel per mortem naturalem Beneficiati, vel ex juris dispositione: & in ea, quæ vacant per sententiam privativam à Iudice ferendam. Et quidem per mortem Beneficiati ita vacant beneficia, ut Beneficiatus à morte resurgens nullum jus ad beneficium habeat.

Barbos. lib. 5. iur. Eccles. c. 14 n. 2.

Ex dispositione juris vacant beneficia. Primò per professionem religiosam. Nam per vota solemnia Religionis ipso jure privatur quicumque

cunq̄ue Religiosus professus, & beneficia, *juxta Bullam Greg. XIII. ascendente Domino.* Quivis coadjutor formatus in Societate Jesu, dominio rerum ante habitarum, & acquirendi novas incapax redditur. Secundo per matrimonium valide contractum, etiam si non fuerit consummatum. Quia assumit statum cum Clericali ministerio incompatibilem. Dixi valide contractum. Quia *Bal. tr. 13. di. p. 6. cum Sanchez & Less. cit. contra alios;* censet ob matrimonium, quod ex quacunque causa nullum est, non vacare beneficium. Quia nullibi hæc privatio inducta est ob matrimonium attentatum; sed ob matrimonium legitimum. De hoc enim loquuntur Canones. Tertio per secularem militiam. Quia dando nomen militiæ Ecclesiam deserit, eamque pro derelicta habet. Quarto, per afflictionem Episcopatus. Quia non est conveniens, ut positus in altiori dignitate inferioribus officiis sive ministeriis occupetur: Vel alterius beneficii incompatibilis. Quinto per neglectam consecrationem ab obtinente Episcopatum intra sex menses à pacifica possessione. *Less.*

Hujus generis sunt
Professio religiosa.

Matrimonium valide contractum.

Secularis militia, &c.

lib. 2. c. 34. dub. 19. censet esse probabilius, Episcopum ex dilatione consecrationis non esse plane privatum beneficio ante sententiam iudicis, eò quòd modus iste loquendi ipso facto, sive ipso jure, sint privati, ex recepta consuetudine passim in jure tam benignè accipiatur, ut nemo teneatur dimittere officium vel beneficium ante sententiam, nisi adjiciatur clausula hujus benignæ interpretationis exclusiva. Sextò per Sacerdotium non susceptum, intra annum ab habente Parochiam. Septimò per admissionem criminis, cui ipso facto annexa est amissio beneficii, qualia sunt *juxta Less. l. c. sup. 34. dub. 34.* (nisi fortè ut idem rectè annotavit, jura quoad hanc pœnam sint usu abrogata, aut in eo rigore non recepta) hæresis, schisma, sodomia sapius exercita, falsificatio litterarum Apostolicarum, simonia confidentiæ, acceptio muneris pro examine ad Parochiam, alienatio bonorum Ecclesiæ vel monasterii sine forma à jure præscripta, aut inconsulto summo Pontifice: occisio vel per se, vel per alium Rectoris; aut alterius Clerici suæ Ecclesiæ;

Enumerantur varia delicta quibus ex dispositione juris annexa est beneficii amissio.

in qua beneficium obtinet, violenta intrusio ab habente beneficium curatum, in aliud curatum, perdit enim quod primò habuit: itē occupatio cujuscunq; beneficium per vim, amittit enim jus ad illud per vim acquisitum, & in illo, quod ante habebat. Duorum incompatibilium primi generis retentio absque dispensatione. Nā sic retinens amittit etiam secundum. Percussio Cardinalis vel Episcopi, homicidiū qualificatum, hoc est, admissum per Sicarium pretio conductum. Ad pleniorē modò dictorū intelligentiā, notandum *ex Azor. tom. 1. l. 7. c. 17.* Canones, sex primis casibus, puta, Professioni, matrimonio, militia, &c. ipso facto privationem beneficium annexentes, non tam esse poenales, cum hi, per se loquendo, omni culpā careant, quā conditionales. Dantur enim beneficia eā conditione, ut, si praedictorum quidpiam factum aut omissum fuerit, beneficia vacent, ac proinde non impletā jam dictā conditione, etiā ante sententiā Judicis amittantur, adeoq; ad amissionem beneficium sufficere conditionem à jure requisitam non fuisse impletam. Canones autem delicto alicui privationem

Reus delicti, cui ipso facto privatio beneficium

annexa est,
quando il-
lud dimitt-
tere tenea-
tur.

Quæ dicantur
vacare
per senten-
tiã Judicis.

Assignantur
certa deli-
cta, in quæ
sententia
privationis
à Judice
ferenda est.
Ostenditur
notabilis
differentia
inter priva-
tionem be-
neficii ipso
facto con-
tractam, &
privationem
per senten-
tiam Judicis
contrahendam.

beneficii annexentes esse pœnales,
& idcirco pœnam ante sententiam
Judicis non contrahi aut solvi:
unde in supradictis, aut similibus
delictis non tenetur reus benefi-
cium dimittere ante sententiam
Judicis declaratoriam, *Vid. Azor.*
l. c. Henric. Sanch. &c. Imò ne-
cesse est, ut executio privationis à
Judice fiat, ut docet *Sanch. l. 2.*
moral. c. 26. Covarr. &c. nisi Ju-
dex in sententia præcipiat, ut con-
demnatus beneficium statim di-
mittat. Vacantia per sententiam à
Judice ferendam sunt illa, quibus
ex dispositione juris ob admissum
crimen non ipso facto quis priva-
tur, sed per sententiam privandus
est: Talia delicta sunt homici-
dium non qualificatum, sacrile-
gium, perjurium, adulterium, &
similia gravia crimina depositione
digna. *Less. l. c.* Est autem non exi-
gua differentia inter privationem
beneficii ipso facto contractam, &
privationem per sententiam à Ju-
dice infligendam. Nam in priori
casu reo non solum omnes fructus
à die commissi criminis adimuntur,
ut docet *Mol. tom. 1. tr. 2. disp.*
96. Sanch &c. sed etiam permuta-
tio, vel resignatio in favorem tertii
facta

facta post admissionem criminis rescinditur sive infirmatur. At in posteriori casu fructus, à die criminis percepti, reo condemnato relinquuntur, nec permutatio aut resignatio ab eo facta rescindi potest. Deinde in primo casu ante sententiam Judicis declaratoriam criminis, beneficium tanquam verè vacans impetrari & reo non vocato, conferri potest, quo ad titulum, non verò quoad possessionem. Nam ut hac priveretur, necesse est ferri sententiam criminis declaratoriam, ipsamque, ut supra dictum, privationis fieri executionem: in secundo autem beneficium antè impetrari aut conferri nequit, quàm privationis sententia in ipsum feratur.

Azor. l. c. Laym.

&c.



nales,
ntiam
solvi:
ilibus
enefi-
ntiam
Azor.
nò ne-
onis à
b. l. 2.
ifi Ju-
t con-
n di-
tiam à
quibus
n flum
priva-
vandus
omici-
sacrite-
um, &
firione
on exi-
tionem
tam, &
n à Ju-
priori
fructus
limun-
2. disp.
rmuta-
q tertii
facta